

386. stuporem suum apricari dum à se non intellecta, miro animi impetu oppugnat 400 omni sophistices apparatus, & effusa ubertim convitiorum & scommatum colluvie insurgere 396 Calumniam quam Gesenius evomuerat, regustare 381, datâ opera cavillari 286. parum candoris præ se ferre 397, malignitatem animi sui nimis quam impudenter apricari 397. Gesenii fraternitatem ambire 381. pudorem planè decoxiisse 406 ultro clausisse oculos ut sine rubore conviciari posset 402. mordere 407. Pertinacem & stupidum esse 400 scabiosum ipsius caput acri lixivio valde opus habere 396. & similia multa.

§. 10. Denique ad unum omnes, maledictis sic & convitiis, inaudito & horribili exemplo, quos obruit, uno nomine, inauspicatas aves vocat, pag. 156. quæ nigro quodam crocitante corvo advolarunt: significans per corvum hunc nigrum, Ven. Vitricum meum Dn. D. Iohuam Schvvartz Superintendenten Ducatus Schleswicensis Generalem; Theologiæ quod Professor olim, errores ipsius, ut antea memini, primus notaverat. Quod ipsum quamlibet nulla tunc quidem privatim læsus injuriâ, nullisque impulsus inimiciis, solius officii & juramenti, falsos quo redarguere Doctores tenebatur, habitâ ratione; veniâque præterea ab ipsa S. Reg. Majestate Sveciæ impetratâ fecisset; atque falsa istius etiam tradita disputationibus non ex professo quidem sed aliud saltē agendo ejusq; suppresso nomine correxisset: neminem unum tamen fædiūs atrociusque, suis conseccatus est calumniis & convitiis. Hunc enim nemicam quidem judicii, honestatisque habuisse, cum Indicem conficeret p. 38 ait: Hunc nigrum Calumniatorem, nigrae Scholæ primipilum, nigri magistri nigrum discipu-

A 3

lum,